

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 29**

**Paulus <Diaconus>**

**[S.l.], [3. Drittel des 9. Jh.]**

Evangelienlesung nach Lucas; beatus Gregorius papa: Homilie zu der  
Evangelienlesung, dann Textverlust

[urn:nbn:de:bsz:31-20440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-20440)

Ego enim nec rennuo . nec recuso .  
 quod uolueris uolo . quod optas ex  
 opto . quod desideras & ipse desidero .  
 Denique eo uoto istam moxstem & scipio .  
 quote eam mihi inferre uelle cognosco .  
 Haec & si uterque non dixit . tamen cun-  
 ta ista in actu ostendit . Mox pater  
 extensa manu gladium sumit . dex-  
 teram erigit . iugulare filium . sacri-  
 ficium perficere . iussu dñi uoluit de-  
 uotus implere . Et pendenti iam  
 atque imminenti mucrone . parce in-  
 quit dñs parce . fidem tuam quaesui .  
 non filium uti iugulares optaui . Nec  
 amabile pignus tibi subtrahere . sed  
 deuotionem tuam uolui per tempta-  
 re . Nunc cognoui quia amas dñm  
 magis quam filium . immo magis a-  
 mas filium . quia diligis dñm . Quia  
 dum non pepercisti filio propter dñm .  
 eundem tecum constituisti dño glorio-  
 sum . Quare te benedictionibus  
 cumulem . & infinitam filiorum mul-  
 titudinem . ex eo tibi prouenire con-  
 firmem . Statim procuratur aries .  
 qui pro isaac sanctissimo mereretur  
 occidi . Nec enim fas erat . ut isaac  
 qui trypum xpi postabat a patre hoc  
 in tempore mactaretur . Quia per-  
 fecta sacrificii hostia . xpo dño serua-  
 batur . Procuratur inquam aries .  
 qui pro isaac mereretur occidi . ut &  
 promissum patris de hostia comple-  
 retur . & perfecto sacrificio patris .

isaac incolomis redderetur . Tunc  
 uterque lacrimis de monte descendit .  
 pater . quod sacrificii uotum filio sal-  
 uo perficeret . filius . quod iussu pa-  
 tris libenter optasset . Cauda  
 de patre filius . de filio pater . Cau-  
 dent propinqui . familia cuncta lae-  
 tatur . Caudent inquam . quod &  
 opus tantum perfectum sit . & quod  
 patrem cum filio incolomes illis  
 dñs reuocasset .

**DIE**  
**LXXIII. ITEM UNO SUP DE EO**  
**IEC SCAI HVA SIC IN CAM.**

In illo tempore . Adsumpsit ih̄s duodecim  
 discipulos suos . & ait illis . Ecce ascen-  
 dimus hierosolimam & consummabun-  
 tur omnia quae scripta sunt per prophe-  
 tas de filio hominis . Et reliqua .

**OMNIA BEATI GRIGORII**  
**DE INDICTIONE .**

**R**edemptor noster praeuidens &  
 passione sua discipulorum animos  
 perturbandos . ei s longe ante  
 & eiusdem passionis poenam . & re-  
 surrectionis suae gloriam praedicit .  
 Vt cum morientem sicut praedictum est  
 cernerent . & iam resurrecturum non  
 dubitarent . Sed quia carnales ad-  
 huc discipuli . nullomodo ualebant  
 capere uerba mysterii . uenitur ad mi-  
 raculum . Ante eorum oculos caecus  
 lumen recepit . ut qui caelestis mysterii  
 uerba non caperent . eos ad fidem cae-  
 lestia facta solidarent . Sed miracula